

res Iudicis et Iohanna filia Simeonis Lombardi vir et uxor Barolitani Cives Coram Gaudio de Riso Imperiali Iudici et Regali et subnotatis testibus. Ego quidem mulier ab ipso Iudice legaliter inquisita et absoluta in tota huius Scripti Continencia consensu quoque dicti Guillilmi Iudicis viri mei et Nicolai de Simeone fratris mei et Riccardi filii Phares filii mei in minori etate constituti cum auctoritate dicti Guillilmi Iudicis viri mei. avi dicti Riccardi et legitimi tutoris sui Tibi Galgano f. Goffridi de sire Philippo de Riso. nostro concivi recipienti parte et vice Philippi. Henrici et Risi fratum tuorum filiorum dicti Goffridi patris tui voluntarie vendidimus et per fustem tradidimus quadam trasendam nostram adherentem domui nostre a parte occidentis. domui vero vestre a parte orientis. et medietatem parietis dicte domus nostre de eadem parte occidentis adherentis dicte trasende a parte orientis. Ex Qua venditione recepimus a te solvente nobis tam pro parte tua quam pro parte dictorum fratum tuorum uncias duas et medium. auri tarenorum Sicilie. totum vide-licet pretium ipsius venditionis. Quatinus a presenti vos et vestri heredes dictam trasendam cum predicta medie-tate parietis habeatis. possidetis et dominetis cum Introtyibus et exitis suis et omnibus sibi Iure pertinentibus et inde ibique quod volueritis faciatis. Ita tamen Balcones et portas constructas in predicta pariete. Bene fabricare faciatis vestris propriis impensis. vadiam quoque Tibi dedimus nobis fidem ut nos et nostri heredes memoratas venditas vobis ab omnibus hominibus libere imperpetuum defendamus. Contra que si fecerimus pene nomine compo-namus vobis augustales auri Sex et todidem Curie hoc scripto in suo durante vigore Liceatque vobis sine com-pellatione pignorare nos in omnibus rebus nostris licitis et illicitis donec perfecta omnia vobis adimpleantur. dicta vero domus nostra Est in Civitate Baroli a prima parte iuxta viam a secunda parte iuxta domum Iacobi de trano